

ORDELAPHUS PHALETRUS⁶⁹

D V X XXXIV.

Electus Anno 1102. obiit Anno 1117.

MEMORIA ANTIQVA.

Addo Croatiam titulo, iungoque Ducali.

XX XIII



N Ordelaphum Vitalis Principis Phaetri filium, cum Michaelis fortuna, dignitate translata, Sacri Belli instaurata face; centum navium classis instruitur; quam bellicus Princeps Ptolemaidem mira celeritate traducit; ubi Balduinus terrestribus copiis frustra sedebat. Iunctis itaque viribus inexpugnabilem urbem ita obsidione fatigavit maritimam, ut supra spem, etiam expugnaverit. Post Ptolemaidem Sidonem trajectum, quæ visa classe portas aperuit. Accessit inde Berythus victoriâ tamen non incurrentem: quibus adiecta Farania ad Nili ostiâ arx munitissima, quâ à fundamentis eversa, Mare in Syriam navigantibus liberum patuit. Strenuis commilitonibus à Balduino fixa trophæa, ut toto regno Hierosolymitano, Regio uterentur jure. In patriam reversus obvios habuit Patavinos, qui Tarvisii & Ravennæ auxiliis tumidi, circa Bebianam arcem, limina usurpaverant. Pugnam initam,